

Erschließe den Text, indem du nur die Hauptsätze betrachtest. Trage die Informationen in die Tabelle ein.

Name:

Datum:

	Konnektor	rana	Iuppiter	notwendige Ergänzung + Prädikat
3	Ranae, vagantes liberis paludibus, clamore magno regem petiere ab Iove, qui dissolutos mores vi compesceret. Pater deorum risit atque illis dedit parvum tigillum, missum quod subito vadi	Ranae	ab Iove	regem petiere
6	motu sonoque terruit pavidum genus. Hoc mersum limo cum iaceret diutius, forte una tacite profert e stagno caput, et explorato rege cunctas evocat.			
9	Illae timoreposito certatim adnatant, lignumque supera turba petulans insilit.			
12	Quod cum inquinassent omni contumelia, alium rogantes regem misere ad Iovem, inutilis quoniam esset qui fuerat datus.			
15	Tum misit illis hydrum, qui dente aspero corripere coepit singulas. Frustra necem fugitant inertes; vocem praecludit metus.			
18	Furtim igitur dant Mercurio mandata ad Iovem, adfictis ut succurrat. Tunc contra tonans „Quia noluitis vestrum ferre“ inquit „bonum, malum perferte“.			
21				